



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 19. Obedientia Benedicto restituta proclamatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A. C. 1403.

§. XIX.

*Proclamatur restitutio Obedientiae  
Benedicto præstandæ.*

Omniū ferme animis in eandem sententiam abeuntibus, Rex Duces ad suum Palatium sancti Pauli convocari jubet, quibus circa undecimam diei horam advenientibus equum conscendit, Ducumque, & plurimorum Episcoporum ac Abbatum comitatu stipatus ad Ecclesiam Cathedralē pergit. Ibidem Re divina per Pictaviensem Cardinalem solemnī ritu peracta, Petrus de Alliaco Cameracensis Episcopus prolixum habuit sermonem, in quo Regis nomine obedientiam Benedicto restitutam proclamavit, declaravitque, promissis a Papa in gratiam Franciæ Aurelianensi factis Regem fuisse permotum, ut ei obedientiam restitueret. Legit postea Episcopus promissorum articulos. Eadem die, scilicet trigesima Maji edictum promulgatum est, quo Rex omnibus suis subditis Benedicto obsequium præstari præcepit. Ut vero in Parisiensi quoque Universitate mutua pax & concordia adlectis de novo omnibus Academiæ membris, ex integro restitueretur, opportunum fore judicatum fuit, si & ipsi quoque FF. Prædica-

dicatores Univerſitati iterum affociaren-  
 tur, & abolita præteritarum diſſenſio-  
 num memoria in omnem iurium ſuorum,  
 ac privilegiorum poſſeſſionem revocaren-  
 tur, reſtituta eiſdem plena omnibus offi-  
 cii ſui partibus vacandi libertate.

Sæcul. XV.

A.C. 1403.

## §. XX.

*Caſtella Benedicti obedientiam  
 adoptat.*

Caſtellani, qui antehac Gallorum exem-  
 plo a Benedicti obedientia defece-  
 rant, mox illos in obſequium ejuſdem  
 redeuntes imitati ſunt; tantaque ab ini-  
 tio apud eos erat Benedicti auctoritas, ut  
 illis omnino conniventibus Papa Archie-  
 piſcopatum Toletanum, qui reddituum a-  
 bundantia ceteros in Chriſtiano orbe fa-  
 cile ſuperat, Nepoti ſuo Petro de Luna  
 conferret, paucisque poſt diebus in quietam  
 illius poſſeſſionem eundem introduceret.  
 Galli vero, quod in hoc Pontifice non  
 mediocriter arguerent, brevi habebant;  
 nullum enim ex omnibus, quos Duci  
 Aurelianenſi promiſerat Benedictus,  
 implevit articulum. Nihilo ſecius  
 Dux Pontificem ſine dolo procedere ratus,  
 ipſum Regem induxit, ut ad eum ſolem-  
 nem mitteret Legationem; pro qua  
 ſeligebantur Philippus Vilettus, Abbas  
 ſancti

Monach.

S. Dionys.

l. 23. cap. 6.

Mariana

l. 19. cap. II.